

DE REIPUBLICÆ  
 VENETÆ  
 ADMINISTRATIONE ::

*Inc*  
*1346*  
BARTHOLOMÆVS VRANIVS IACO  
BO PVRLILIARVM COMITI :  
S. P. D.

Go quidem Iacobe uir clarissime libellū quē de su-  
blimis ac florētissimæ rei. p. Venetæ administratiōe  
scripsisti : legi libēter accuratissimeq; plegi : ex cuius lecti-  
one admiratiōis nō minus pcepi : q̄ uolupratis. Delectatus  
sum enim mirifice suauitate oratiōis : quæ cādore quodam  
uerborūq; elegātia splēdescit. Sentētiarū uero pōdus mare  
niæ accōmodatū : ordinēq; rez de quibus agitur : uenu-  
sta quadā dispositiōe digestum : non mediocriter sum ad-  
miratus. Nam cum omnis rei. P. administratio in belli pa-  
cisq; tempora sit distributa: Tu quidem quid bello ac pa-  
ce : domi forisq; sit agendum ita commode complexus es :  
tu tuo in opusculo quamuis breui : nihil tamen desiderē  
Qui igitur tuum istud opus habuerit : nō illi Platonis de  
re. p. libri : non politici Aristotelis erunt eulondi. Apud  
illos enī scrupulosa magis rez gerendarū disputatio : q̄  
aperta præceptio continetur. Tuus uero liber exiguus sine  
molesta disputatione : quid agendum sit breuiter absolue-  
q; demonstrat. Hunc igitur rerum. p. gubernatores omnes :  
In primis patricii Veneti : quos insigni isto munere dona-  
sti arripiant : legant : sectentur. Vt qui cæteris mortalib;  
ingenio facile præstant & sapientia : tuis optimis ac fide-  
libus monitis adiui : rem. p. feliciter administrent. & eorū  
posterī idem obseruantes tausto felicique imperio diuillu-  
me persiuantur. Vale.

SEBASTIANO PATRICIO VENETO  
REFERENDARIO ET SECRETARIO  
APOSTOLICO :: IACOBVS COMES  
PVRLILIARVM S. D. ::

Ut cum diuq; cogitabūdu subitū Sebastianē  
uir patricie an ad te excellētissimū Iuriscō-  
sultū : grauissimū oratorem : & sapientissi-  
mū philosophū perbreue hoc opusculum  
nostrum tuo felici & immortalī nomini dedicatum mite-  
rem. Timebam equidē : ne me nimie arrogantiæ : quid  
arrogantiæ : immo summæ temeritatss argueres : cui ne-  
mo uir probus unquā obnoxius fuit : tū quod felicissimū  
nomen tuum incultis scriptis nostris inserere auderem : tū  
q; rem quæ non a Iacobo tuo : sed ab excellentissimo &  
eruditissimo quoque uiro scribi deber& : aggressus essem.  
Sed cum intelligerem quanta humanitate : quanta beni-  
gnitate : quanta denique facilitate erga omnes : præsertim  
tui nominis obseruantissimos utaris : Minime ueritus sum  
hanc ad te lucubratiunculam nostram & si incultā mite-  
re : fretus potius singulari erga me humanitate tua : q̄ rei  
dignitate. Præterea cum de excellentissimæ Reipū. tuæ  
regimine scripsssem : quem. n. alterum habebam : mi Seba-  
stiane : cui potius quā tibi & Veneto & patricio clarissi-  
mo scripta nostra licet inornata dedicarem : quem diligo :  
unice amo & obseruo. Habebis igitur hoc in cōpendio no-  
stro Sebastianē uir clarissime : quid uobis patriciis pace &  
bello domi forisque agendū sit : te autē nō appello : qui ro-  
mæ es : & q̄ integerrime : more samentuo : uitam agere

a. ii.

instinxiſti : quom̄ ut ſpero breui ad Epiſcopatus : pauloq̄  
poſt in Cardinalatus dignitatem productum intelligam .  
& hoc idem omnes : qui & te excellentiſſimum uirum &  
optimos ac intègerimos mores tuos cognoscūt : facile ſenti-  
unt. Suſcipias igitur nūc mi Sebaſtiane : hos hilari uultu  
& iucundo animo flores : qui ſi te delectabūt : poſtmodū  
optimi fructus ſequentur .

Vale ſeculi noſtri decus ſplendidiffimum .

LACOBÌ COMITIS PVRLILIARVM  
DE REIPVB. VENETÆ ADMINI  
STRATIONE ::  
DOMI ET FORIS LIBER ::

P. C.ripturas de opulentissima & excellentissima  
 rei. Publ. uestrae mea sententia rectissimo &  
 aequissimo regimine multū diuq; cogitabūdas  
 sublti: desisterem ne a tam laudabili nec for  
 tasse rei. pu. uestrae inuiti cogitatione mea: an uero eam o  
 nino monumentis & quātum ingenioli mei uires partantē  
 & diligentissime & accuratissime mādarem: Timebam ne  
 sapiētissimas aures uestras clarissimi patricii ineptis uerbis  
 nostris offenderem: timebam ne arrogātiae arguerer: cui  
 unquā ne obnoxius essem operam semper dedi: quum tot  
 excellentissimi patricii Venetiū q̄facillime repiantur: qui  
 mira eloquētia: maiori prudētia: maxīma literarū peri  
 tia & aeterno deniq; cōsilio polleāt: quibus a natura insi  
 tum est: nihil demissum: nihil nisi patricio uiro: & ex  
 cellētissimo semper excogitare: unde fit ut maioribus in  
 pediri curis hāc & alia quae parua & nullius fere momē  
 ti uidētur: missa faciāt ut cūque decreui meam uobis uiris  
 profecto totius orbis sapiētissimis oñino persalubrē de inui  
 eta re pu. uestra explicare sentētiā. Quod si meum hoc  
 ompēdium non ea elegātia: qua maxime decet & cō  
 positum in lucem perueniet spero tamē id uobis nonnihil  
 utilitatis allaturum: quoniam non mihi telata referam sed  
 quae ut aiunt ocalis uidi & quasi p̄ priis māibus tetigi. Cō  
 pertum mihi est nōnullos homines ignauos qui alienae fa  
 mae semper insidiatur fore: qui cum primū libelli nostri ti  
 ulum inspiciēt: auctorem maxime & arrogātiae & teme  
 ritatis arguant: quos rogatos uelim: ut nō prius iudicent  
 q̄ libellum uniuersum & diligēter quidē perlegerint: neu

tantum ingenio suo confidunt: ut aliorum scripta contempnant  
Quod si ea pueritate ac maliuolentia praediti sint. ut unum  
quodque fastidiosè reiciant: amet sua & nostri libelli nec idem  
cem perlegant.

e Xcellentiſſimæ & opulentiſſimæ Reipublicæ ueſtræ uiri  
patricii optimi & ſalubre regimè duaboꝝ in reboꝝ ut mihi ui  
detur pace uidelicet & bello uerſatè. in quiboꝝ ſi appri me  
ruditi doctiqꝫ fueritis: decorã ſemp & uenerabilè pace: bel  
lo uero remèdam & formidabilè toti orbi opulentiſſimã &  
õnium ſapiètiſſimã rempu. ueſtrã habebitis: quiboꝝ rebus  
uobis & ſœlicitiſſimæ reipublicæ ueſtræ imortalè gloriã & famã  
quibus humano generi. nihil optabilius: nihil dulcius cõ  
tingere poſſet perpetuo cõparabitis: quæ ſane iã pridè itã  
exactiſſima gubernatiõne aſſecuti eſtis: ut nulla urbs uſquã  
in terrarum orbe ſit: quæ aut diuitiis: aut uiroꝝ prudentia  
cũ chriſtiãtiſſima reipublicæ ueſtræ coniedere audeat: cuius po  
tentiſſimũ & ſœlicitiſſimum impium quantũ hũano ingenio  
conuicere licet ſempiternũ futuræ arbitramur: Sed ut dixi  
mus circa bellũ & pacem totius florètiſſimæ reipublicæ ueſtræ  
ſumma uerſatè De bello prius & ab oĩbus quidẽ fugiẽdo:  
poſtea de pace loquamur. Bellũ nullũ niſi iuſtũ & æquũ  
ſuſcipiẽdum: uel indicẽdum eſſe õnes ſapiètiſſimi arbitratũ  
ſunt uiri chriſtianiſſimi. quoniam omnia ex iniuſto bello: nũquam  
ſœlix uictoria uel diuturna ſaltẽ reporta:ur. nunquam diu  
lætatur hoſtes iniuſte deuiciſſe. & ſi nullæ eſſent Roma  
næ aut diuinæ leges: ipſa natura tamẽ alteri iniuriã iſſere  
phiberẽur. Quare hoc añõ ex ſapiètiſſimoꝝ hoĩum ſentẽ  
tia eſſe uos cõſeo. ut nullũ bellũ niſi quod iuſtũ ſit geratis

quodq; huiuscēodi ab oīb; diiudicē: ut ex optato & sceli-  
 cissimo euetu populis pacē perpetuā & quietē allaturū ui-  
 deatur hoc enī alacri & magno anīo unicuiq; etiā potētissi-  
 mo indicēdum: & maiori alacritate & iūcto quodā ani-  
 mi robore suscipiēdū & pficiendū est. Sed quoniā q̄ plurīa  
 huiusmodi in bellis & necessaria quidē cōtingūt: adeo ut  
 difficile admodū esset oīa colligere & explicare. ideo quæ  
 magis mihi usū necessaria ī bello uidebūtur: ea quidem &  
 q̄ breuissime referā. Igiur primū ab impatore & sceliciter  
 quidē exordiū sumamus: cuius ī fortitudie & cōsilio p̄cul-  
 dubio totius belli summa cōsistit. Quid enī p̄desset īgen-  
 tem & strēnuissimū quidē exercitū habere: si impator im-  
 bellis & nullius cōsiliū deligeret: p̄fecto illū exercitū par-  
 ui aut nihili faciendū existiarem. Nā nihil facilius: nihil  
 leuius ē: q̄ exercitū & robustissimū quidē ī fugā uertere: in  
 prædā agere: ac trucidare: Si illi ībellis & nullius uirtutis  
 bellicæ uir impar. Iccirco mollis et eneruatus exercitus du-  
 ce fortissimo īperatore magis timēdus ē: q̄ robustissimū imbel-  
 li et effcemiato: & ne altius repetamus oīb; et certū quidē  
 exēplū esse potest strages illa in scelici solo uestro foroiuli  
 etiā a scēuissimis Turcis superiorib; ānis edita: nā & strēnu-  
 issimus et ornatissimus amplissimusq; erat exercitus uester:  
 tamē breui supatus est. & ad unū usq; omēs fere a paucis  
 barbaris & illis quidē inermib; turpiter trucidati fuere. Et  
 quid p̄ deos īmortales aliud fuit in causa: nisi quia Geor-  
 gius Marinēgus ciuis brixien̄s eo ī scelici die illi præfuit  
 qui uir ībellis et nullius cōsiliū: et toga: potius q̄ armis aptus  
 erat. Sed paulo post cū Carolū Fortibrachiū strēnuissimū

& sapientissimū Imperatorem paruo & illi quidem inornato  
praefecissetis exercitui a maximo & eo quidem robustissimo  
Turcarū exercitu supari nō potuit. Et ne uos ulla ne exi-  
gua quidem de animi & corporis uirtutibus in Imperatore  
eligēdo ambiguitas teneat: omnia uobis & paucis quidem  
explicabo. Virtutes animi hae maxime excellēti in Impera-  
tore uigere debēt. Liberalitas imprimis ab omnibus apprime  
laudatur immo summopere necessaria est optimo ī Impera-  
tore: qua si caruerit eum parere potius q̄ imperare decens  
& cōsentaneū erit. Sed ut uerius & clarius loquar: nullus  
unquā sine liberalitate & maxima quidem optimus: uel bo-  
nus saltem impator erit uel habebitur. Quis. n. miles uel cō-  
suetus: uel alterius militaris dignitatis uir illū impatorem et  
amabit & colet: quē maxime detestabiliq; auariciā nulla  
neq; honoris: neq; summā dignitatis suae ratiōe habita obno-  
xiū cognoscat: cū milites nō liberales tantū: sed prodigi-  
omnes fere sint. quāobrem: poterit ne in tā dispari natura ul-  
lus uerus amor ulla obediētia: uel militaris reuerētia esse.  
Carebunt spe pecuniarum illa: qua omnes fere ad militā-  
dum haud difficile ducuntur: maxime autem hac tempo-  
state: qua pauci admodum milites diuites fiunt: omnes  
enim mercenarii sunt & pene imopia laborant: qua ex re  
pecuniarū magis q̄ honoris spe fere omnes ad militādum  
cōpelluntur. Nōne milites hae iter se quotidie colloquētur:  
Quid nobis urbem munitissimā uel oppidū expugnare  
derit: & tot ex nobis ingentibus etiā uulneribus confici:  
cum capta munitissima urbe: uel oppido sanguine nostro  
praeda auarissimi impatoris nostri futura sit: Volumus ne



cum uulneribus & sanguine nostro dicere! quem eius ob  
 auariciam odimus & aspernamur: his & aliis huiusmodi  
 uerbis se inuicem milites ab acri pugna facile dehorantur.  
 Quod quidem & imperatori uestro dedecori: uobis autē  
 maximo damno erit: Nā hostibus indies uires magis ma-  
 gisque crescent: cum ignauum exercitum uestrum uidebunt  
 Præterea haud uos latet: quanto in discrimine: quāta in  
 anxietate continuo uerteretur illud imperium: cuius exerci-  
 tus dux execrabili auaricia obruatur. Sunt enī huiusmodi  
 impatores maxime pecuniarum (ut ita dicam) uoragine. uo-  
 bisque exemplo esse potest Rubertus olim robusto magis  
 quā felici exercitui uestro bello Ferrariensi præfectus: cui tot  
 singulis annis pecunias erogabatis. ut iam maximos reddi-  
 tus uestros cum eo diuisisse uideremini. Quāobrem sæpius ex  
 ianito arario diuturno bello quā auaricia impatoris distractū  
 ē: Tæterur tūc præcipue ne fidē fallat: ne ad hostes trāsfugi-  
 ar: ne exercitū uel urbē aliquā pditione sua prædā hostibus  
 hæc & alia in auariciæ obnoxio impatore perpetuo timentē  
 Omitto quod nullus miles: equos: arma: uiros idoneos ad  
 prælium cum hostibus acriter inuicem unquā habebit: si a-  
 uarū impatorē nactus fuerit: & si equū quis miles pugna-  
 tissimum habebit magis a prælio quā a cæteris abstinebit: te-  
 nēs plus equo quā saluti propriæ: sex quo eius oīs uictus pe-  
 det: Nam si ex militiæ more interfecit militis sui equo:  
 si alium æque bellicosum redderēt: profecto nullus miles  
 etiā cum maximo uitæ suæ periculo ab atrocissimo prælio ab-  
 stineret: ut maximū decus ac ingenē gloriā apud milites  
 hæret & inuictissimū & liberalissimū Imperatorē suū conse-

hac uirtute satis. Ad iusticiã trãseamus: sine qua ïmpãto  
re cãterã debiles & manca essent. Iusticia in impatore:  
cuius finis est tribuere unicuiq; secũdũ merita sua: circa q̃  
plurima uersatur. Debet enĩ iustus Impator ïprimis æqua  
litã in prædã distributiõẽ seruare: nec uni militi magis q̃  
alteri gratia potius q̃ merito motus maiorẽ prædã partem  
tribuere. Quãq; nostri temporis imperatores aliquibus poti  
us se gratificari uolentes: prædam inter milites non æqua  
(ut aiunt) lance diuidunt. Hęc enĩ nisi fiant ab impatore  
plurimũ militũ mentes a se aliẽ abir. nec ipsos maximis in  
periculis amplius prõptos habebit: qua ex re minimis etiã  
in rebus æqualitatem seruent: nã hac sola re milites suos si  
bi perpetua obligatiõẽ deuiciet. Summis etiã periculis tum  
Imperatoris tum utilitatis gratia quotidie nulla salutis pro  
pria ratione habita se exponẽt. Iusti & æqui etiã ïperato  
ris officium erit: cum urbs uel oppidum se ei fide publica  
dederit: ne ipse militibus turpiter eã diripiẽdam tradat: uel  
patiatur eã in prædam crudeliter uerti: nec ullam idoneã  
excusatiõẽ ï mediũ poterit afferre id se inuito conuigisse:  
quia minime credibile: milites quicquã ausuros oprimo  
Imperatore nolente & inuito alioquin turpissimum auari  
ciã crimen & perfidiã non aufugiet: ce rumq; exemplum  
cãteris urbibus & oppidis facile præstabit: ne tam facile  
tamq; confidenter & bona sua perfido Imperatori & se cõ  
muran: sed forti potius & constanti animo fortissimorum  
uirorum more pugnantes: extrema etiam patiantur. Præter  
ea & iusti Imperatoris munus erit: controuersias inter

milites nulla psonarū ratiōe habita : æqua læce disceptare  
 alias neque probi uiri : neq̄ iusti Impeatoris nomen sibi  
 uendicet : Sed iniqui potius & ignaui. ideo iusticiam con  
 stanter exequendo : sibi perpetuam & gloriam & famam  
 acquirat. Quod si diligenter obseruauerit : mirum in modū  
 milites eum obseruabunt : amabūtq̄ omnes . hostibz uero  
 maximo terrori erit : cum intellexerint quanta æquitate :  
 quanta iusticia & concordia se in exercitum gerat . Nam  
 non ignorabunt milites pro optimi Imperatoris dignitate  
 & gloria nūquam terga daturōs quin potius ex bello illo  
 & uictoriam & gloriam domum reportaturos . Egregia  
 castitatis uirtus in Imperatore multum ei & gloriæ & au  
 thoritatis tribuet : tum apud milites suos : tum etiam apud  
 hostes & populos omnes. Quid pulchrius : quid splendi  
 dius fortissimo in Imperatore contingere potest ? quam ca  
 pta urbe uel oppido : intactas pudicissimas mulieres relin  
 quere ? qua enim re magis plebeios : ciues & nobiles & uni  
 uersum deniq̄ populū ad se amandum maioremq̄ in  
 modum obseruandum inuictus Imperator allicere potest :  
 Nonne Scipio Africanus ille dum ī Hispania adhuc ad  
 modum iuuenis bellū gereret : tantū immortalis & gloriæ &  
 famæ sibi apud oēs populos hispaōs castitatis & cōtinētiæ  
 gratia comparauit : ut ab omnibus hispanis etiam Rex  
 appellaretur . : cuius quidem uitam integerrimam pbatissi  
 mosq̄ mores : nulla unquam posteritas obliuioi mandabit.  
 Diligant igitur : ament : amplectant̄ impatores castitatē :  
 si ab omnibus diligi mirūq̄ imodū obseruari cupiūt. Luce  
 rarū pericia nō minus q̄ ceterarū uirtutes summo ī impatore

*De virtutibus Imperatoris*  
fulgetur enim ei magna gloria & ornamento apud omnes  
sibi uero maximae utilitati : nam si litterarum haud ignarus  
erit imperator : ornate : magnifice & compositae de rebus etiam  
maximis in suorum centurionum militum consilio discepta  
re poterit : & nihil tam arduum & perdifficile quidem erit  
quod facillimum quidem eis esse non persuadeat. Unde cohortum  
praefecti iam certa uictoriae spe ducti alacriores ad praeli  
um inuentum fient : qua militum animi mirum modum exci  
tantur : qui cum certam iam uictoriae spem conceperunt : haud  
facile uincuntur Imperatoris uero animus in legendis aliisque  
egregiis & magnificis gestis ad decus & gloriam mirum  
modum inflammabitur. Nam historiae ferunt Q. maximum Pu  
blius Scipionem : praeterea alios ciuitatis Romanae clarissimos  
uiros solitos ita dicere : cum maiorum gesta monumentis tradi  
ta legeret sibi & ceteris egregiis uiris eam flammam in pectore  
crescere : quae non prius extinguere posset : quam eorum pracla  
ra facinora suis uirtutibus adaequata foret : Nonne etiam po  
terunt ex tot optimis & clarissimis Imperatoribus quorum im  
mortalis gloria & gestarum rerum fama litteris a praestantissi  
mis & eruditissimis uiris celebratur : deligere aliquem cuius  
proximas uirtutes ad unguem imitentur. iisdemque uirtutibus  
inmortale nomen adepti sunt : Quatum igitur peritus linc  
rarum Imperator & sibi & ceteris praesse possit compertum  
iam habetis : de litterarum peritia satis : Transeamus ad  
strenuissimi Imperatoris facilitatem : cuius tamen ministra sit et  
uoces quaedam seueritas. Debet enim Imperator benigne alloqui  
et audire milites suos. etiam si opus fuerit aliquando obiurgare

& denique talis sit Imperator : qui Cæsaris facilitatē cum  
 Catois seueritate uiri idōeo et cōgruotēpore sciat. Hoc. n. ma  
 gnæ ei auctoritati & honori cedit. Proderit ei apud mili  
 tes : proderit apud hostes facilem & benignū haberi. cuius  
 facilitatis erit iniurias & citius quidē obliuisci : & semper  
 dei optimi & maximi diuinū dictū illud in pectore obser  
 uare. Mihi uindictā & ego retribuā. Decet. n. hominē : &  
 christianū maxime : nihil facilius q̄ iniurias obliuisci. &  
 quo maior est magis placabilis odii esse debet. Odium  
 nāq̄ ueluti feruens uenenū est : quo maxime anima una  
 cū corpore conficitur. Eiciate igitur q̄prinū hanc seuis  
 mā pestem: ne uiribus assumptis : exitium uobis aliquod  
 afferre possit. Præterea munus sapiētissimi Imperatoris erit  
 uiribus nū : ut optimi mores in strenuo & fœlici exerci  
 tu suo colantur. ne luxa ī exercitu cōmitant. aut ex sociis  
 & amicis prædam agant milites. ne uē scorta in castris ha  
 beant : hæ præcipue animi uirtutes summo in Imperatore  
 requiruntur : quas nisi quis ægregie calluerit: nūquam opti  
 mus Imperator erit. Non minus & corporis uirtute claris  
 simo Imperatore opus ē: qui a teneris annis acres militie  
 labores pati assueuerit & famem & sitim tolerare & humi  
 quiescere didicerit Debet quoq̄ Imperator excellētissimus  
 ōnis timoris expers esse. ne ab ōibus pecudū potius q̄ ho  
 minū idoneus custos appelletur. Nā quid putas milites  
 facturos : si trepidantem imperatorem uiderint : si natura  
 timidus est. in certa etiam semper & explorata uictoria tre  
 pidabit. Quamobrem sint animo inuictio : neque discans  
 uinci: qui alios uicere cōtendūt. Sit igitur in Imperatore pe

 Nota

No

etoris cōstata & animi quoddā robur: qui nec trīgita āno  
rū mīor: nec quīquagīta quīq; maior esse deb&. Illi quis  
nimis sanguis feruesceret: & iuuenīli magis īpetu atq; ca  
lore q̄ prudētissimo cōsilio: ab eo oīa pagerēt. Huic quo  
niā grādior ætas maximo impedimētō esset: quominus op  
nīmi Imperatoris munus exequeretur rei militaris discipli  
næ q̄ peritissimus existat. ut in ōni uel ingenti cōstitutum  
periculo: exercitum incolumem seruare sciat. quīq; milita  
rem disciplinā a teneris sub peritissimis ducibus militādo:  
& sæpe obuiam hostibus eūdo: necnō & aliorū magnifi  
ca gesta perlegēdo facile didicerint: exercitū nunquā oc  
sūm esse patiat: ipse nocte uigilias circūeat: hostes ad  
esse exploratores aliquando nūciare iubeant: ut probe pi  
pīant: quo uultu: & quo animo: quoue ordine sui mili  
tes si uere hostes adessent: eos accepturi essent alias si oc  
sūm habebit: eū quoque ignauū habere necessūm erit:  
quodidie milites hō modo: modo illos ad depopulādum  
hostium agros: ad uillas incēdendas: ad manus cū hosti  
bus cōserendas cū expedierit mittat: ne longiori ocio ma  
nus: aut animus torpescat: & denique eum cōtinuis ī la  
boribus: aut uigiliis semper habeat. Nam quiete & ocio:  
nihil est perniciosius exercitui, quoniam desidem eum &  
proflus imbellem reddit. Nōne uir his maximis uirtutibus  
præditus & ornatus: excellentissimus & clarissimus uo  
bis imperator uidebitur? Nōne hūc qui ualidissimo & ro  
bustissimo exercitui uestro præsit dignum putabitis? Nō  
ne huic etiā senētiam imperii uestri committere poteritis?  
Sed hæc animi & corporis uirtutes excellenti in Imperator

omnino frustra essent : nisi illi fauente & adiunãte fortuna : quæ nihil aliud est quã cœlestis dispositio corpori humano influens : ad ònia prospere ab eo fœliciterq; peragẽda . Vidi complures diebus nostris magnis uirtutibus ornatos inter infimos iacers : alios uero omni uirtute prorsus carẽtes : ad maximos dignitatis gradus ascẽdere . Quid aliud hoc sibi uult : nisi quod uni magis quã alteri corpori humano cœlestis dispositio fauet . Sed si scire cupimus quãtũ imperet fortuna humanis corporibus : Romã ipsã cõsideremus : quæ nobis uariæ fortunæ exempla accumulatiuissime suppediabit . De Imperatore hactenus : Nunc de officio uestro erga sapiẽtissimũ Imperatorem & robustissimum exercitum uestrum dicamus . Erit Patriciũ uiri maiestatis Imperii uestri stipẽdium : & imperatori & uniuerso exercitui uestro singulis mensibus impendere . Quod si cessabitis a mercedis solutione : cuius gratia milites omnes etiam ferre intolerabiles labores patiuntur : cessabunt & ipsi a periculis uos odio & quadam maliuolẽtia prosequentur . neq; armigeros neque equos idoneos aut arma milites uestri ad prœlium cum hostibus acriter ineundum habebunt . Rustici & humiles mercenarii tantum fœlicissima insignia uestra sequentur & ipsi quidem uiles fures . Imperator autem uester cum se exercitum imbellem inornatum : & omni denique re militari auaricia uestra carentem ducere uidebit : aut rei idignitate motus a uobis recedet : aut se quieti & otio tradet . Tunc uos neque suscipere : neque alteri bella inferre : aut iniuriam illatam commode repellere poteritis

Magnam hostibus uestris : quorū nōnullos in Italia ob  
maximi potentatus uestri inuidiam habetis : occasionē uo  
bis bellum inferendi præstabitis . At si forte quis uestrum  
querat ubi tanta summa pecuniæ erit : qua terrestri mari  
uimq; bello satisfieri possit : paulo post huic obiectioni di  
ligenter occurrām : necnō & uestrum murus erit : p̄spi  
cere ut pecunia æqua lance inter milites uestros distribua  
tur : & sæpius recēseantur . nā hac ratione liquido cogno  
sci poterit an ōnibus quæ militiæ cōueniūt instructi sint .  
simul si his caruerint persolutis stipendiis singulis mēsis  
aut dimitti : aut obiturgari uehementer poterunt . Sed quoni  
am ut plurimū militibus peregrinis uimini : nōne putatis  
complures ex ciuibus uestris & dites quidē sub potētissimi  
imperii uestri insignibus stipēdia strēnue & fortiter meritu  
ros : nō deerunt uobis milites ex opulētissimis urbibus ue  
stris : & hi quidē omnes aut nobiles : aut ciues erūt . qui  
bus nihil fide sanctius : nihil honore & perpetua fama &  
gloria antiquus . Omitto Regulos foroiuliēses uestros : quo  
rum natura est hereditario quodam iure optimos ī milites  
& strenuissimos imperatores euadere : p̄magnum etiā for  
tissimorū peditum numerū uestro in foelici solo Foroiuliē  
si habere poteritis . & minori etiā pecūia q̄ externos : apud  
quos nūc ōnis militaris dignitas in exercitu uestro est : &  
si ex eis q̄ plurimi fidem uobis & quodidie quidem turpiter  
fallant . quoniam nihil sub imperio uestro possidēt : ex quo  
ad fidem fallendā nihil pensi habēt . nihil occultū uestro  
in exercitu fieri potest : quin hostibus continuo referatur .  
Nonne putatis sub eorū imperio : natos : educatosq; quos



milites & ductores militum uestros habetis: omnia contra  
 uos pro eorum & honore & comodo molituros: alii ut præci-  
 pum suorum gratiã & beniuolentiã inuent: alii ut in patriã  
 exules restituãtur: quare si sapitis ut certe sapitis: Regulos  
 uestros Foroiulienses & alios sub imperio uestro natos mili-  
 tes: ductores & imperatores exercitus uestri deligite: Nõne  
 õnes Italiae potētatus hoc idem faciunt: quod tamẽ uos face-  
 re negligitis: Romani nõ dedignati sunt ab Atheniēsi-  
 bus & Lacedemoniis leges accipere. ab Tuscis pleraq; insignia  
 magistratuum ab sannitibus arma: atq; tela militaria & de-  
 niq; quicquid apud hostes uile: uel honorificum rei pub-  
 licæ putarent: illud etiã ab hostibus accipere non dedigna-  
 bantur. & deniq; imitari q̄ inuidere mallebãt. Ita censeo õ-  
 nino uos hac in re ceteros Italiae potētatus imitari debere:  
 ut plures ratiões quas adducere possem omittã. id ad hoc  
 agendũ impellere uos debet: q̄ uestros minori impẽsa quã  
 externos in bellũ conducetis: complures ex regulis uestris  
 Foroiuliensibus magis honore & gloria q̄ pecuniarum amore  
 Venetorum uictoria signa sequuntur: semper in pectore & ante  
 oculos habentes maiorum suorum magnifica gloriosaq; gesta ni-  
 tentur. sub foelicissimis auspiciis uestris sua uirtute maiorum  
 famã adæquare. In Regulis Foroiuliensibus nulla unquã  
 uos fraudis suspicio teneat. Sunt enim exemplũ fidelitatis:  
 nunquã in illis neq; his neq; priscis temporibus fides deside-  
 rata est. De officio uestro erga imperatorem & exercitum ue-  
 strũ satis dictũ puto. Domi autẽ quid uobis agendum sit bel-  
 li tempore paucis explicabo. Debetis enĩ studiũ omne & di-  
 ligentiã in cogendis pecuniis q̄ maxime adhibere. quoniã  
 .b.i.

pecunia est neruus belli: qua sine nullum bellum geri po  
rest. Cōparabitis autē si impēsāe ī fœlici urbe uestra uenetia  
rū publice uel priuatū ut honestus & frugi uitæ cultus exi  
git fiat: nō autē in opū ostētationē uel æmulationē. Nā iā  
illud lōge ex cedere: deoq; īmortali nō parū displicere ui  
det̄ tot uos pecūias āplissimis ī ædificiis domi & foris ex  
truēdis cōsumere. Illis, n. iam cælū petitis: hoc præcipue di  
tissimā urbē uestrā pecuniis plurimū exhaurit: hoc uos ad  
pacem eo maxie tēpore quo bellū acriter gerendū esset sã  
pissime cōpulit: hoc etiā uos quantū & sapiētia et prudētia  
belli tēpore ualeatis ostēdere uetat: Nā si cuiq; pecunia: q̄  
ī cemētis & calce absumpsit extaret: melior orbis pars ue  
stro iclito pareret impio. Ignoratis ne illud āriquoꝝ puer  
biū: domū ad usus necessitatē: nō ad honorē et famā habē  
dā esse. Impium autē amplū ad īmortalē & ppetuā gloriā  
& famā: dum uobis sapiētissimis uiris paruas habitare do  
mos placuit plurimū uestrū fœlicissimū in potēti Italia pro  
pagastis impium opulētissima urbs uestra pecuniis abūda  
bar: adeo ut semp̄ quasi scaturire uiderētur: militū armigerū  
plusquā hodie ipi domini pecūiaz habebāt: quāobrē ea tē  
pestate ōnes fere milites qui sub uictoricis īsignib; uestris  
stipēdia merebāt: nobiles erāt. unde nihil magis q̄ dedecus  
ī bello timebāt. mallebāt enī mori q̄ hostibus terga dare: ob  
idq; sapius uictores euadebāt: urbes & oppida mūnissima  
expugnabāt: & ī fœlicem ditionē uestrā redigebāt. qua tē  
pestate tot uobis strēnuissimi militū ductores erāt: ut eorū  
quisq; si nūc uitā ageret: optius esset ornatissimi exercitus  
uestri Impator. Quid multa & uaria dōestica ornamenta

proferat? Quid preciosam illam argenti & auri suppellectilem?  
 Quid aulae & omnia stragulorum genera quibus domus ue-  
 strae penitus renidet? in quibus adeo modum exceditis: ut cu-  
 iuslibet ueneri privati suppellex amplissimam domum regiam exor-  
 nare posset. Quae necessitas praeterea uos etiam compulit tot  
 pecunias in agris emendis: & in his Indies amplissimis aedificiis  
 aedificandis impedere? nonne magis ad uestram & priuam et  
 publicam utilitatem spectaret illas in mercibus coemendis expo-  
 nere? nonne maiores redditus ex illis quam ex possessionibus uo-  
 bis redundaret? & cum uobis pecuniarum opus esset: quam citissi-  
 me ex illis diuenditis compararetis? Publico igitur decreto  
 uestro ne possessiones a Veneto aliquo in posterum emantur pro-  
 spicite. Sed quid referat: quanti mulierum uestrarum monilia:  
 torques & caetera ornamenta constant: nonne oculos uestrorum  
 pecuniis peritus spoliat? quot pecunias in emendis lapillis  
 preciosis & margaritis: & ornatissimis uestibus quotidie  
 profunditis: his ne bella geruntur? an auro: an argento? Pro-  
 fecto patricii: strenui milites uestri neque lapillis preciosis:  
 neque margaritis magnanimos equos aut pulcherrima arma  
 emere: aut suam famulis mercedem praestare poterunt: neque his  
 uestrarum mulierum ornamentis comestum & caetera ad ui-  
 etum necessaria sibi: equis: armigeris suppeditare poterunt.  
 uerum auro & argento signato: si tamen pudicissimas ma-  
 tronas uestras ornare uobis in animo est: monilia aurea il-  
 lis coemite. nam illa facillime in aureos Venetos conflare  
 poteritis. & denique quicquid ornamentis habent mulie-  
 res: totum aurum & argentum sit. quod facillime in  
 monetam: sine magno dispendio uestro conflare possit.

Hoc enī pacto semper auro & argēto potētissima urbs ue-  
stra abūdabit. Quod cū uobis terra mariq; bellū gerēdum  
erit: omnes ūdique fortissimi uiri ad uos cōfluent: melius si  
bi sub impio uestro esse. q̄ cuius alterius etiā potētissimi ul  
quā cōsultū putātes. & hac ratiōe exercitū robustissimū &  
āplissimū & classem ualidissimā & oīb; rebus ornatissimā  
breui cōparabitis. Quid uobis & domi & foris belli tēpo-  
re agēdum sit breuiter expeditū habetis. Nūc ad pacē no-  
stra dirigat̄ oratio: quā longe potiorē ducimus: nec imērito  
quoniā tūc oīa trāquilla utaq; sunt. Hinc Augusti tēpora  
iāq; foelicissima a summis poetis celebrātur: ea tantū ratiōe  
mori: quia pax ea tēpestare toto terrarū orbe erat. Pacis igi-  
tur tēpore imprimis ōni studio & cura uos niri decet: ne  
cuiquā Venetiis a sapiētissimis magistratib; uestris iniuria  
fiat: neq; lōgius gratia: aut odio: aut auaricia causā et lites  
tra hātur: hęc una res subiectoꝝ uestroꝝ aīos etiā firmissi-  
mos a uobis q̄ plurimū alienabit: nā quid durius: quid cru-  
de ius: quid morosius homini contigere potest: q̄ quēuis cō-  
tra ius falsę auaricia magistratuū aut gratia aduersarie  
paris quotidie turpiter per fora trahi & q̄ miserrime uitam  
una cū bonis suis cōsuere. Quid creditis litigatores quoti-  
die aliud irato aīo cogitare & uobis imprecari q̄ ultimā po-  
tētissimi imperii uestri perniciem. reddite ergo ius suū sine  
mora unicuiq; absint a uobis odiū: amicicia: ira & auaricia:  
pessimi dubiis in reb; disceptores. hac enī tēpestare quod  
pace uestra dixerim: hoc pestifero morbo maxie excellētis-  
sima urbs uestra laborat & quotidie etiā inualescit. Quis  
est tā fortūatus: qui se iactare possit aut gloriari: Venetiis

de gdrino  
vintoz

uel leuibus i causis celerē habuisse expeditionē. & pfecto ue  
 rū est illud quod quotidie i ore hoīum sonat: qui Venetiis  
 amicos nō habet: se potius q̄ ibi litiget: aquis submergat.  
 quia huiusmodi i miseris mors esset arū naz requies et nō  
 cruciatus. Sit ergo uobis ppetuo curæ lites q̄ primū cōpone  
 re: uel de his rectissimū cōferre iudiciū. Nā pfecto uenetiis  
 nemo externus sine magno rez suarū dispēdio esse potest.  
 Nō mīori etiā studio uobis & q̄ accuratissime quidē pspi  
 ciendū erit: ut excellētissima urbs uestra rebus ad uictum  
 maxime necessariis usque abūdet: præferrim lignorū copia  
 quibus si urbs uestra maxie careret: radicitus & breui qui  
 dē euerteret. Nā aliquādo rāta aeris intēperies eā occupat  
 ut nisi creberrimi ignes i uniuersa urbe adhibitis singulis fie  
 ret: profecto aut prorsus derelinquēda esset: aut ōnes pesti  
 fero morbo cōficerētur. omne igitur studiū adhibete: ut ea  
 lignorū copia uenetiis cōuehat: ut & inopes etiā uili pre  
 cio coemere possint. & si opus fuerit ad id uel publica pe  
 cunia exponēda est. Præterea a uobis nō mediocris adhibē  
 da est cura: ut flumīa ad urbe uestra lōge arceātur. nā ex  
 illa aquarū diuersarū cōmixtione pessima aeris intēperies  
 inducetur. Quāobrem nō possum nō mirifice cōprobare de  
 cretū uestrū de nouo meduaci alueo: qui per agrū Parau  
 nū delabēs magnā æstuariorū partē quæ Venetiis p̄xima  
 iā manuiuit. erit uenetæ urbi hoc p̄ salubre: si ut incepi  
 tis aliis hostiis i mare prorū pat. profecto si secus cōtinge  
 ret: breui haud lōge ab inaccessibili urbe uestra sine cymba  
 proficisci liceret: quod esset ultima urbis uestre pernicies.  
 Quāobrem summā & diligētē curā in auertēdis lōge ab

Nō de an  
vintoz  
malg...

No

urbe uestra flumibus adhibetè. Pacis etiã tẽpore i trirẽbo  
ædificãdis studiũ õne impẽdite: nec nõ & tormentis & ma  
chinis bellicis præparãdis. Sed nõ mĩori studio uos niti de  
cet: ut iuuentus uestra præclaris morib; & disciplinis p uiri  
bus incũbat. quod facile eueniet: si optimũ & eruditissimũ  
præceptorẽ i urbe uestra habebitis: qui iuuenes uestros nõ  
mĩus morib; q̃ literis præstares & uobis sapiẽtissimis parẽ  
tibus dignos reddat. & dẽiq; talẽ uobis curã repire sit: qua  
lẽ nũc habetis Benedictũ Lignacẽsem uirũ optimis mori  
bus præditũ. & utriusq; linguæ eruditissimũ. Hæc a uobis  
domi pacis tẽpore summo studio summa dẽique industria  
curãda sunt. Foris autẽ maxie a uobis p̃spiciendũ est. ut ui  
ri ad quos magistratus a sapiẽtissimo senatu uestro deferũ  
tur sint q̃ probissimi & mĩus auaricie obnoxii: qua si iudex  
laborauerit: multa i dedecora præcepta trahi cogetur: a quo  
cũ subiectis uestris ius reddi debet. sæpius iniuria fiet. Ma  
gistratũ enĩ auaricia subiecti uestri bõis spoliatur: per fo  
ra trahitur: torquẽtur aliquãdo: & quod admodũ turpissi  
mũ est. Is quẽ ut aliis imparet misistis auariciã detestandã  
sibi tanq̃ pessimũ dominũ cõstituit: qua caritate: quo amo  
re: qua dẽique obseruãtia fideles subiectos uestros erga uos  
affici creditis: p̃fecto nullo: nec hos modo qui iuriã pas  
si sunt. Sed eorũ õnes amicos: cognatos & affines. Quid  
affines? immo uniuersã ciuitatem. Timẽt enĩ ne idẽ sibi  
quod aliis accidat. Curate igitur ut magistratus æquissi  
mos & prudẽtissimos ad regẽdas ciuitates uestras eligatis.  
hoc uobis & uniuerso inçlyto Venetorũ Impio ingẽri glo  
riæ & p̃petuæ famæ erit. Vobis etiã pacis tẽpore maxime

curæ sit urbēs & oppida in finibꝫ sita q̄ mūitissima redde  
 re: nec mīus tormētis balistis & scorpīōibus & aliis instru  
 mētis bellicis q̄ muris & inexpugnabilibus turribꝫ. Hac  
 ratiōe Impiū uestrū firmissimū & tutissimū efficiētis. Nā  
 urbs illa uel oppidū mūitissimū quod fidissimo præsidio &  
 ciuibꝫ domini studiosissimis et amātissimis custoditur. haud  
 facile ui capiē: & captū facile itez expugnatur. Subiectos  
 autē uestros uobis ppetuo fideles reddetis: si eis a magistra  
 tibꝫ uestris iusticia admīstrabiē: si mihi & æquo impio eos  
 tractabitis: si fidē eis seruabitis quæ a maioribus uestris di  
 uinis pfecto uiris illis cū ī eorū ditionē cōcessere tradita est  
 Nā cōplures ex subiectis uestris alii alia priuilegia habēt:  
 quæ si sancte a uobis inuolateqꝫ seruabūtur: nihil pfecto eo  
 rū fide sanctius: nihil optabilius & dulcius impio uestro e  
 rit: hoc tutissimū erit ī perū uestri mūimentū: hoc ppetuā et  
 immortalē famā uestrā reddet. nō thesauri maximi aut diui  
 tiæ fluxa fide oīa hæc eadē uobis aduersa erūt. Quāobrem  
 fidē seruare: quæ & si ī infimis maxie tamē excelsō in loco  
 posuis mirūimmodū laudat: extollit ab oībus & approba  
 tur. Quid pulchrius: quid præstātius ī hoīe fide: quæ & ho  
 sti seruāda: & sine qua ceteræ uirtutes mæcæ & nullæ ef  
 sent. Nitētur etiā p uiribus magistratus uestri: ut urbēs &  
 oppida quibus præsent semp rebꝫ ad uictū necessariis abū  
 det. Nā impiū & crudele admodū esset ciues dites dirissi  
 mos: pauperes uero inopes reddere. quod facile cōtingeret:  
 nisi rebꝫ oībus publico edicto certū præscribereꝫ preciū: et  
 ciues etiā res suas eodē precio uēdere cogerētur. Seditiōes ī  
 urbe & discordias inter ciues quantū fieri potest tollant &

de fide  
 ppetuo  
 ciuitat

nota

radicitus euellat. quod facile euēiet: si præses prudēs & iu-  
stus uir erit. loca publica necnō & priuata p̄ turili parte q̄  
pulcherrima reddat. excellētissimos præceptores ī urbe sem-  
per habere nitatur: qui iuuenes & literis & optimis mo-  
ribus erudiāt: ut optimi ciues & præstātes uiri fiat. Lēones  
prætera urbe expellāt si eā pacatā & quietā habere uolent.  
alias rixarū semp̄ plēa erit. Caueat etiā ut mōasteria iur-  
ginū sacratarū q̄ castissima sint. alias diuini numinis irā nō  
aufugiet urbs illa: quæ huiusmodi nefandis sceleribz coīn-  
quinata est. Postreō hoc pectoribus uestris affigite o pari-  
tū: si subiectos uestros fideles reddere uultis: īmunes eos  
quātum fieri potest habere ōnes: uobis exceptis. Italia: potē-  
tatis tirannicū impiū exercens: nā suoz ciuū bona iure  
aut iniuria ad se tra hūt: quod uos: semp̄ facere abhorruistis  
Sed nō satis est ōnia iure facere. Nā & quod iuris uestri  
est remittere aliquādo piū & hūanum erit: hac ratiōe po-  
pulos uestros uobis deditissimos reddetis. ōniumq; insignia  
præter uenetoꝝ odio, psequētur & fastidiēt. Hactē us de ip-  
sore & exercitu & officio uestro erga eū: necnō de op-  
tino domi forisq; regimie: hæc pauca dixisse satis superq;  
sit. Nunc ad imperatorem & exercitum uestrum maritimū  
transeamus: cuius gratia maximam toto orbe & perpetuā  
famam adepti estis. nam quis est usquā gentium qui mari  
cum potentissima & ornatissima classe uestra congregi au-  
deat? Quāobre ut talis apud omnes perpetuo de inuicta  
classe uestra fama futura sit: summa ope uobis nitēdū est.  
maxia uirtue imperatōre & q̄ robustissimū exercitū habere



Sed de Imperatore prius & breui postea de exercitu loqua-  
 mur. Debetis enī cū ex clarissimis patriciis uestris aliquē  
 Impatorem ornatissimæ classis uestre deligere uultis. (Nā  
 alios deligere nō cōsueuistis) nō affinitate: non diuitiarū  
 gratia: nō amicicia mori: sed imperii amore: quo humano ī  
 genere ardētius nihil: nihil suauius: nihil dulcius est. nihil  
 q̄ quod magis homīes extremū quodque etiā piculū subī  
 re cōpellat. Debetis enī inquam uirū acri ingenio: & robu-  
 sto corpore præstātem deligere: quiq̄ magis bello q̄ togæ  
 aptus uideatur: necnō & qui uobis maxima etiā experiētia  
 & usu notus sit: quātum maritimo bello ualeat: quātumq̄  
 in periculis firmus sit & prudēs. Est igitur uobis maxie ad  
 uerēdum quē Impatorem maritimi exercitus uestri deliga-  
 tis: Nā qualis Imperator talis & exercitus erit. Et caute  
 ne quē alteri imperare iussistis: is sibi aliū impatorem eli-  
 gat: nō diuitiis in prælio: sed prudētia & fortitudine opus  
 est. quæ & si a natura habere necesse sit: multū tamen rez  
 experiētia & cōfirmātur & mirū imodū adiuuātur. Deiq̄  
 tales impatores exercitus uestri maritimi deligite: quales fu-  
 ere omnes fere Lauredani: qui splendorem & patriæ decus  
 diuiniis oībus semp prætulere: & uobis certū dedere exem-  
 plū: q̄ fugiēda sit auaricia: quā qui sequuntur: eorū corpus a-  
 nimusq̄ uirilis effcemiatur. Ideo nullus auariciæ obnoxius  
 dignus ūquā imperio habebit. & si hoc pestifero auariciæ  
 morbo cōplures patricios uiros hodie laborare uideo: quæ  
 plus intus q̄ in cute certe ueneni habet: & profecto si oēs  
 bonæ artes in maritimi exercitus uestri Impatore essent: il-  
 las tamē oīnes auaricia corrū peret. omne enī piculū spe lu-

qualis  
 p̄m̄p̄  
 gōm̄p̄

cri strenuissimus maritus ille exercitus uester subiret. qua  
carebit si Imperatorem auarum nactus fuerit. Omito ce  
teras animi uirtutes: quæ in maritimi exercitus uestri opi  
mo Imperatore requiruntur: nam illas uobis haud diffi  
cile erit agnoscere: cum quotidie inuicem colloquamini:  
& mutua conuiuia exerceatis: & sic uiri uitia aut uirtu  
tes uos latere non possunt. Non minori etiam cura omni  
uirtute præstantes patricios uiros triremibus præficere debe  
tis: ut iussa Imperatoris summa celeritate & prudentia  
perficiant. Nam quid prodesset strenuo Imperatori omni  
bus & quod diligèntissime quidem prospicere: si præfecti trireibus  
ignauis & nullius cõsiliis hoies essent: nõ eni Imperator illis  
aut fortitudinẽ aut prudẽtiam uerbis suis præstare potest.  
Quãobrem uos quibus eos deligere cura est: summa ope ni  
mimini ut õni uirtute & integritate uiros præfectos deliga  
tis: & deique tales: in quibus nulla neque animi neque corporis  
uirtus desideretur. Præterea quoniã parũ prodesset: & præfe  
ctos trireibus & Imperatorẽ strenuissimũ esse: si cæteri mili  
tes nullius roboris essent: pro uirili parte uobis niẽdum est  
quibus huiusmodi delatũ est negociũ uiros quod strenuissimos  
deligere: quicquid potius corpore quod ingenio ualeãt. Habebitis  
aut & præfectos trireibus omni uirtute ornatos & milites  
magno corporis robore præstantes: si singulis mentibus sti  
pendium suum illis præstabitis: & si secus hodie a uobis  
fiat: cum uix stipendii sui dimidium milites & præfe  
cti habeant: qua ex re fit ut hodie paruam & illam qui  
dem imbecillem classem habeatis: Nam sapientissimus

quisque illius militiae & strenuissimus ad eos contē-  
 dit: a quibus suorum laborum meliorem mercedem re-  
 portaturū se sperat. Vnde p̄culdubio fit ut si uobis hodie  
 decem triremes in expeditionem ducere opus esset: profe-  
 cto priusquā expeditae essent decem praterissent menses:  
 hoc plane neque honorificum neque utile est Imperii ue-  
 stri maiestati, nam maritimi belli illam quidem immortalē  
 penes omnes populos & nationes famam uobis foeliciter  
 comparastis: si illam retinere uultis: iisdem artibus niten-  
 dum est uobis: quibus illam acquisiuitis. Nam etiam im-  
 peria ne dum fama facile iisdem artibus retinentur: quibus  
 ab initio parata sunt. Nimirum ergo q̄ robustissimam & or-  
 natissimam semper classem habere nam omnium christia-  
 norum & qui fidei nostrae aduersantur oculi in uos tantū  
 conuertentur: uos admirabuntur: & in societatem uestrā  
 admitti summum sibi bonum ducent. tunc maximo amicis  
 praesidio & hostibus excidio & terrori esse poteritis labo-  
 rantibus & iniuria oppressis & laceffitibus opem & auxiliū  
 fere pium uobis & decorum erit. & christus optimus &  
 maximus semper cœptis uestris aderit uos ab omnium in-  
 iuriis tuebitur. Imperium uestrum & fama indies auge-  
 scet. In manu uestra erit fidei nostrae hostes & perdere &  
 seruare. Omnes enim christianorum principes uobis & au-  
 xilium & opem ferent. Beneficii loco sibi ducent potentis-  
 simae rei pu. uestrae gratificari: cum uos tantum terrae mari-  
 q̄ ualere uiderint. Prætereo multa alia & bona & orna-  
 mēta quae uobis contigent: si munitissimā classem habebitis:

Sed quid ego iuuenis in partu reze usu & nō magna do-  
ctrina sapiētiam, ut aiūt docere contēdo! Ira enī olim ī qui  
busdam codicillis excellētissima urbs uestra appellabatur,  
non docendi igitur sed admonendi tōs gratia ueni, nihil  
enī toto orbe aut tractatur aut intelligitur: quod Venetiis  
ignoratur. Abūdat enī excellētissima urbs uestra non mi-  
nus uiris prudētissimis q̄ diuitiis: & ni uobis ipsis defuerit,  
ris: amplum semper & æternum im piū uestrū habebitis.  
Hæc parua uos sapientissimos patricios admonuisse satis  
nūc superq̄ sit Hoc postremo tanquā uobis peculiare sen-  
sibus imis, ut ait ille) reponite. Si urbem uestrā ut facitis cō-  
cordem retinebitis: cuius gratia parua res crescunt: & si pa-  
tricios uestros: qui deliquerint: seuerē aliquando uindicabi-  
tis: nullū sciatis Imperii uestri finem.

## IOANNIS BAPTISTÆ VRANII CARMEN ::

S i Veneti proceres docti præcepta libelli  
Seruarint: terras: oceanumq̄ regent.  
Nam quid pace: domi: peragendū: marte forisq̄  
Noscitur hinc: proceres sumite quisq̄ librum.  
Atq̄ ut res Venetæ terra pelagoq̄ uidebunt:  
Sic uiuet semper fama Iacobe tua.

Ine  
1346